Doc. 12

Basilicata University Press
–
Digital Humanities
Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Doc. 12

[1240?]

Honestissimo et peritissimo viro magistro Herasmo, monacho Casinensi, theologice scientie professori, universitas doctorum et scolarium Neapolitani studii salutem et optate felicitatis augmentum.

2

Postquam fratres, qui nos pane divine mense reficiebant, Neapoli recesserunt, clausus est nobis puteus aque vive, quoniam sacre scripture non est qui nobis modo aperiat misticum intellectum. Denegata est nobis scripturarum scientia, que corporum nobis erat edificatio virtuosa et animarum refectio salutaris. In defectu igitur theologice facultatis, tanto nostrum studium sensit gravius decrementum, quanto inter scientias ceteras scientia theologica dignitatem optinet altiorem. Ecce modo parvuli petunt panem, sed qui eis possit frangere non occurrit. Sitientes querunt sitim restringere, nec est qui eis auriat aquas de fontibus Salvatoris. Ceterum quia vos novimus virum peritissimum in scientia supradicta,

Sul personaggio cfr. G.B. Gennaro Grossi, *La scuola e la bibliografia di Monte Casino*, Napoli 1820, pp. 95-96, che ripubblica anche la lettera, ma, plausibilmente, riprendendo l'edizione di Angelo Della Noce; A. Amelli, *Quaternus de excadenciis et revocatis Capitanatae de mandato imperialis majestatis Frederici II*, Montecassino 1903, p. XV; Grabmann, *Mittelalterliches Geistes leben* cit., pp. 251 ss., che pure riproduce la lettera; inoltre Kantorowicz, *Federico II* cit., p. 715; T. Leccisotti, *Magister Erasmus*, «Bullettino dell'Istituto storico italiano per il medioevo e Archivio muratoriano», 47 (1932), pp. 209-215; Leccisotti, *Uno sconosciuto 'Abbreviatore' del Lombardo: Erasmo di Montecassino*, in Miscellanea Lombardiana, Novara 1957, pp. 321-325.

rogamus honestatem vestram, quatenus cum doctrina vestra defectui Neapolitani studii succurratis, quia hoc persone vestre cedet ad laudem et anime vestre proficiet ad salutem.

3

4

5

Cfr. *Gen.*, 26, 19.
Cfr. *Thren.*, 4, 4.
Cfr. Ioh., 4, 7 ss.